



Grabado por Juan Ant<sup>o</sup> S. y Jac<sup>o</sup> Carmona, en Madrid.



omnia, quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi accepérunt, & cognovérunt verè quia à te exívi, & credidérunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt: & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificátus sum in eis: Et jam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te vénio.

Psal.  
6.

**Offertorium.** Benedícite Gentes Dóminum Deum nostrum; & obaudíte vocem laudis ejus: qui pósuit ánimam meam ad vitam, & non dedit commovéri pedes meos. Benedíctus Dñs. qui non amôvit deprecationem meam, & misericórdiam suam à me, allelúia.

**Secreta.**

**S**uscipe, Dómine, fidélium preces cum oblationibus hostiarum: ut per hæc piæ devotiõnis of-

ficia, ad coeléstem glóriam trans-eâmus. Per Dóminum nostrum.

**Secunda Secreta de Rogationibus.** Hæc múnera fol. 319. **tertia de B. Maria, Tua Dómine.** 312.

**Vel secunda de B. Maria, tertiam** Prótege nos, **vel Oblátis.** 312.

**Communio.** Cantáte Dómino, allelúia: cantáte Dómino, & benedicite nómini ejus: benè nuntiáte de die in diem salutâre ejus, allelúia, allelúia.

Psal.  
95.**Postcommunio.**

**T**Ríbe nobis Dómine, coeléstis mensæ virtûte satiátis, & desiderâre quæ recta sunt, & desiderâta percípere. Per Dóminum.

**Secunda Postcommunio de Rogationibus.** Vota nostra. fol. 319. **tertia de B. Maria, Sumptis Dómine.** fol. 312.

**Vel secunda de B. Maria, tertiam** Quæsumus Dómine, **vel Hæc** nos quæsumus. fol. 313.



IN-